

Theses theandrologicae.

Numéro d'inventaire : 1980.00014.43

Auteur(s) : Antoine Sabaros

Jean Duvignau

Type de document : affiche

Éditeur : non renseigné (Agen)

Imprimeur : Jean Gayau

Date de création : 1669

Description : Une feuille découpée dans l'affiche originale. Les bords sont coupés irrégulièrement. Diverses marques au crayon, et une surcharge à l'encre. Une tache d'encre brune et une perforation. Papier filigrané. Texte imprimé.

Mesures : hauteur : 330 mm ; largeur : 275 mm

Notes : Fragment de l'affiche annonçant les thèses que doivent soutenir Antoine Sabaros et Jean Duvignau dans la "schola Augustiniana" d'Agen, en 1669. Ces thèses traitent à la fois des catégories logiques et de theologie: le mot Etre a-t-il un seul sens, ou contient-il des sens différents, ou s'emploie-t-il par analogie pour désigner des objets différents? Cette réflexion s'appuie sur des références aux textes de Saint Augustin.

Mots-clés : Affiches de thèses et d'exercices publics

Filière : Université

Niveau : Supérieur

Autres descriptions : Langue : Français

Nombre de pages : 1

THESES THEANDROLOGICÆ

Ex Prothegorijs & Cathegorijs in communi ad mentem
Augustissimi Doctoris.

Quæstio princeps quæ maximè agitata proponitur vtrum Ens sit vniuocum, Æquiucum,
vel Analogum respectu Suorum omnium inferiorum.

I.
ANALOGA sunt illa quorum nomen commune est, notio verò essentia importata per illud est partim eadem & partim diuersa. Ideoque Ens est Analogum vtrâque Analogiæ respectu Entis rationis & realis, respectu substantiæ & Accidentis respectu Dei & creaturæ. Analogia proportionis, cum omnibus conueniat posse esse extra nihil, sed tamen diuersimodè Deo per essentiam creaturis per participationem Analogia proportionalitatis quia sicut se habet Ens à se ad Deum ita Ens ab alio ad creaturam, &c. *Nulla essent mutabilia bona nisi esset incommutabile bonum. Cum itaque audis bonum hoc, bonum illud, quæ possunt alias dici non bona; si potueris sine illis, quæ participatione boni, bona sunt, perspicere ipsum bonum. (simul enim & ipsum intelligis cum audis hoc aut illud bonum) si ergo potueris illis detractis, per seipsum perspicere bonum, perspexeris Deum, &c.)* August. 8. Trinit. 3.

II.
SINONIMA sunt illa quorum nomen commune est, & ratio essentia per tale nomen significata est omnino eadem in ipsis. Ideoque Ens non est vniuocum respectu Entis dependentis ab anima, & independentis, respectu Entis ab alio tanquam à subiecto, & independentis, dependentis ab alio tanquam à causa efficiente & independentis. Licet enim nomen Entis sit ipsis æqualiter commune, ratio tamen essentialis Entis (scilicet habere essentiam) inæqualiter reperitur in omnibus, quia vni conuenit independentem, alteri dependentem ab alio. *Alia quæ dicuntur essentia, siue substantia, capiunt accidentia, quibus in eis fiat vel magna, vel quantacumque mutatio. Deo autem aliquid eiusmodi accidere non potest : & ideo solus est incommutabilis substantia vel essentia : cui profecto ipsum esse, vnde essentia nominata est maximè & verissimè competit. Quod enim mutatur non seruat esse &c.* August. 5. Trinit. 2.

III.
HOMONIMA sunt illa quorum nomen est commune. Ratio verò essentia tali nomini accommodata & respondens est omnino diuersa. Ideoque Ens non est purè Æquiucum respectu Entis extra animam, & Entis infra animam, respectu Entis per se, & in alio, respectu Entis à se, & in alio, respectu Entis à se, & ab alio : cum nomen Entis non solum sit ipsis commune, sed etiam ratio quidditatiua Entis scilicet habere esse sit proportionaliter eadem in omnibus ; quia vnum essentialiter, est similitudo alterius. *Et inspexi infra te & vidi nec omnino esse, nec omnino non esse. Esse quidem, quoniam abs te sunt : non esse autem, quoniam id quod es, non sunt. Id enim verè est quod immutabiliter manet & manifestatum est mihi quoniam bona sunt quæ corrum puntur; nisi enim bona essent corrumpi non possent, &c.* August. 7. Confess. 2. & 3.

IV.
DENARIVS est prædicamentorū numerus, eius diuisionis rationem effert August. lib. de Catheg. cap. 8. Sunt Cathegoriæ decem quarum prima vsa est, scilicet quæ nouem cæteras sustinet. Reliqua verò nouem accidentia sunt, ex quibus nouem sunt alia in ipsa vsa, alia extra vsiam, alia intra & extra. Quantitas qualitas & iacere in ipsa substantia sunt. Mox enim vt substantiam vel hominem, vel equum dixerimus aduertamus necesse est bipedalem, aut quadrupedalem, aut album, aut nigrum, aut stantem, aut iacentem. Alia sunt extra substantiam, vbi, quando, habere : & locus ad substantiam non pertinent & tempus, & vestiri, & armari, sed ab ipsa vsa separata sunt. Alia sunt communia id est intra & extra vsiam aliquid, & facere & pati : Ad aliquid vt majus & minus : vtræque enim dici non possunt nisi conjuncto altero quò magis sit vel minus. Propterea ergo vnum in se Habet aliud extra se, &c.

V.
NVLLVM prædicamentum Deum intra suos limites continere potest : nimis enim angusta est domus Cathegoriarum vt tantum Hospitem, scilicet immetensum & infinitum in se recipere valeat. Sic enim monet nos August. 5. Trinit. 1. *Percurrens omnia Accidentium Prædicamenta. Sic intelligamus Deum si possumus, quantum possumus, sine quantitate bonum, sine indigentia creatorem sine situ præsentem, sine habitu omnia continentem, sine loco vbiue totum sine indigentia creatorem, sine situ præsentem, sine habitu omnia continentem, sine loco vbiue totum sine tempore sempiternum, sine vlla sui mutatione mutabilia facientem. Et ibidem l. 8. c. 5. de Prædicamento substantiæ agens concludit. Manifestum est Deum abusiue substantiam vocari vt nomine vltatiore intelligatur essentia : quod verè & propriè dicitur : ita vt fortasse solum Deum dici oporteat essentiam.*

Has Theses propugnabunt (Deo duce) in schola AVGVSTINIANA Aginncnsi ANTHONIVS SABAROS Aginncnsis
& IOANNES DVVIGNAV Moyraxensis, die mensis Aprilis Anno, 1669.

AGINNI, Apud IOANNEM GAYAV, Typograph m Regium, Urbis & Ciuitatis. 1669.